xpi quia ex patribus equalis corpore. sed diuinitate inconparabili preminebat.
Igitur sancta ecclesia quae typo mulieris illius euangelice figuratur, cuius farina nos
sumus. dominum iesum in interioribus nostrae mentis abscondit, donec animi
nostri secreta penetralia calor sapientie celestis obducat. Et quia in matheo
legimus tribus mensuris absconditum esse fermentum, congruere uisum est ut
dei filium crederemus absconditum in lege. adopertum in prophetis. euangelicis pre
dicationibus adimpletum. ut perfecta fide nobis acquirat ex omnibus, et sacra
eorum collatione formatus in nobis qui sumus corpus ipsius omnia et in omni
bus impleatur. Ipse enim erat uerbum dei atque mysterium quod absconditum est
a seculis et a generationibus, quod nec potest ad expressionem perennitatis eius ante
statius dici. Erat enim profecto. non ita erat. ut absconditum esset saecle
gis. manifestatus in seculis, predestinatus ante secula. seruaretur ad gloriam.
Haec est autem gloria, ut possimus fratres inuestigare mysterium absconditum a seculis
in deo, quod in deo utique et ex deo. Neque enim deus alienae capax potest esse naturae.
Haec sunt dubia animi quod aliqui de hoc mundo dictum putent. donec
fermentetur in lege et prophetis et euangelio, ut dominum omnis lingua fateatur.
Itaque discutiamus omnia. diligentius requiramus, nemo inuenitur nisi qui an
te consierit. Edificemus turrem. computemus sumptus. scripturarum conferamus im
pensas. neque si dicatur de nobis hic uoluit edificare et non potuit consumma
re. Qui edificat, bonum debet iacere fundamentum. Bonum fundamentum
est fides, bonum fundamentum apostolorum et prophetarum. Duobus enim testamentis fi
des nostra consurgit, nec iniuria facit qui parem dixerit in utroque fidei
esse mensuram, cum ipse dicat dominus. si crederetis moysi. crederetis et mihi,
quia et in moyse dominus est locutus. Bene igitur in utroque perfecta mensura. quia per
fectus in utroque et fides utriusque una, quia unius est uirtutis et sensus. oraculum.
atque responsum. Hoc est tamen sequi iuuat, quod ipse dominus docuit fermentum ecclesie
spiritale esse doctrinam. Nam cum scriptum sit. cauete a fermento phariseorum.
et cum apostolus dixerit. non in fermento nequitie et malitie, ostenditur quia do
ctrina fermentum est. Sed aliud fermentum zizanie, aliud tritici. Illi et bonis
auctoribus acquiescimus, ut dicamus quia ecclesia renatum hominem qui est in cor